

HOMILIA VIII.

Exponantur verba illa: Exclamavit voce magna, et dixit: Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fractus ventris tui: et unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me? et illa alia: Beata, quae credidisti, quam perficentur ea, quae dicta sunt tibi a Domino.

Multos quidem lego contra devotum foemineum sexum, ut verbis Ecclesiae catholicae loquar, stylum acuentes, variisque conviciis foeminas lacerantes: quidam dixerunt, id referente Tiraquello (in 1. lib. *connubial.*), *multierem* derivari a *mollitie*, ut et nomen ipsum eximiam eius infirmitatem denotaret. Martialis, ut idem Tiraquellus, de foeminarum imprudentia loquens, dicebat, propterea poetas Minervam finxisse absque matre natam, quia prudentia et scientia, cuius tanquam Dea Minerva colebatur, longe a foeminis aberat. Unde Bartolus ob defectum prudentiae (in l. 1. ff. *de legibus doct.*) foeminas prohibendas esse a legibus condendis, usumque et consuetudinem earum vim non habere ad legem inducendam. Iuvenalis (sat. 13) de earum iracundia inquit:

Vindicta nemo magis gaudet quam foemina:

unde cum Deus iustitiam suam exercens, Adam puniret poena illa (Gen. 3): *In sudore vultus tui vesceris pana tuo*: Evam vero: *In dolore paries filios tuos*: daemone deinde, quem gravius mulctare volebat, haec poena inflixit: *Inimicitias ponam inter te, et mulierem*: cum enim mulier vindictae silentissima sit, debitas te faciet luere poenas. Iosephus (de bello iudaico c. 8) refert, Mariam quandam, hoc nomine indignam, quae filia erat Eleazari, ingrueente fame, in quadam bello, proprii filii carnes comedisse, cuius simile legitur 4. Reg. 6: unde sanctus Ephrem Syrus (tom. 1) inquit: *Inter quadrupedia nihil leone terribilius, aut inter reptilia dracone crudelius visu, nihil ad malam mulierem*. D. Ambrosius (in lib. de Nabothe c. 5) de insatiabili eorum cupiditate in hunc modum loquitur: *Delectantur compediibus mulieres, damnato auro ligentur, delectant et vulnera, ut aurum auribus inserant, et margaritas dependant*. Iulius in vita Marci Antonii de luxuria Faustinae imperatricis commemorat, adeo exarsisse in amorem cuiusdam vilissimi digladiatoris, ut in morbum incidere; morbi vero agnita causa, occisus fuit digladiator; quod cum primum ipsa rescivisset, contumax dixit: propinate mihi saltem paululum sanguinis eius. Tiraquellus etiam (in lib. *connub.*) refert, foeminam quandam, nomine Quartilam, impudenter gloriari, quod nunquam se virginem fuisse meminisset; adeo praematuram sustinuerat virginitatis iacturam! Pontanus item (lib. 2. *tumid.*), refert hoc epitaphium in sepulcro foeminae insculptum esse:

Ausa dare, et cunctis ausa rogare prior.

quod impudentiae genus execrans Deus per Ezechielem (c. 6) dixit: *Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dedidisti mercedes cunctis amatoribus tuis, et dona donabas eis, ut intrarent ad te*. Sed quod praedicta omnia longe superat, illud certe est, quod Pierius Valerianus refert, foeminam quandam pulchri cuiusdam equi amore fuisse captam. De levitate etiam animi, quae foeminae laborant, Glossa (in cap. *forus de verbor. signif.*) haec scripta reliquit:

Quid levius fumo? flamen: quid flamine? ventus: Quid vento? mulier: quid muliere? nihil.

Unde Cato Censorinus, ut auctor est Plutarchus, tam parum foeminis propter nimiam earum animi levitatem fidebat, ut diceret: *Nihil magis in vita poenituisse, quam cordis aranea uxori suae credidisse*. Ad idemque facit illud Homeri asserendis, Iovem dixisse Iunoni eius uxori: noli Iuvo putare scituras te omnes sermones meos. Facit etiam, quod ubi nostris vulgata (*Micheae cap. 7*) legit: *Custodi oris tui claustra ab his, qui dormiunt in sinu tuo*: Nicolaus de Lyra (super c. 1. Mich.) vertit: *a coniuge tua custodi te, ne manifestes ei cor tuum*. Ad haec earum consortium, et familiaritatem valde perniciosam esse, satis inquit probari ex eo, quod Adam, dum absque mulieris contubernio in paradiso extitit, originalem iustitiam conservavit, creata vero Eva, et in uxorem ab eo accepta, continuo eius eloquio subandiens, coelestium charismatum, quibus divinitus donatus erat, miseram fecit iacturam, omnesque posteros suos huius calamitatis legitimos haeredit reliquit. Sane Christus Dominus dixit de antiquo humani generis hoste (Joan. 8): *Ille homicida fuit ab initio*. Sed non ipse solus, quia complicem habuit Evam, Salomone dicente (Eccli. 25): *muliere inultum factum est peccati, et per illam omnes morimur*. Refert Baptista Ignatius (in sua hist.) imperatorem Caligulam solium dicere, pergratum sibi fuisse, ut populus romanus unam dumtaxat cervicem haberet, ut sic uno ensis ictu illam posset praecidere. Hoc crudelitatis genus, quod implere non potuit Caligula in populum romanum, executioni mandavit Eva in totum genus humanum: nam veneno sui consilii interficiens primum parentem Adam, in quo, tanquam capite, totum genus continebatur humanum, consequenter omnes eius filios uno mortifero ictu interfecit, ut praedicta verba clare indicant: *Per illam omnes morimur*. Quantum etiam Samsoni Dalila societas, Davidi Bersabee amicitia, Sisarae Iaelis familiaritas nocuerit, nemo est tam sacrum literarum ignarus, ut haec illum praetereat. Unde ad hoc detrimentum manifestandum Spiritus sanctus dixit: *Melior est enim iniquitas viri, quam beneficiens mulier*: quod perinde est, ac si dixisset, utilis esse viro ab iniquo hoste multa mala perpeti, quam ab inhonesta foemina demulceri. Item S. Augustinus (li. 18. de Civ. c. 18) rem commemorat inauditam, quae non parum mulieris fallaciam, ac falsum amorem delegit. Refert enim, quasdam inho-

nestas foeminas amasios suos se redamare simulantem, magicis quibusdam incantationibus in apparentia quaedam iumenta transformasse, quorum humeris gravia multa deferenda imponebant, eosque sub hac belluina imagine sibi inservire fecisse. Unde merito, id referente Pausania (li. 8), Megapolis civis in Arcadia hanc inscriptionem Veneri apposuerunt: *Dea machinatrix*. Cui consonat illud Terentii (comm. 5): *Omnes mihi videntur doctae ad malitiam*: quod mutasse opinor ab Aepipide prius illo dicente: *Ad bona sunt ineptissimae, malorum vero omnium effectrices sapientissimae*: unde ipse per eundem Terentium (in *Andria*): *Dicunt, sed nobis facile est verba, et componere fraudis; hoc unum didicisti foemina semper opus; quid plura?* Valerius, id referente d. Hieronymo, dicebat, foeminam bonam rariorem esse Phoenice, ut refert Plutarchus, Lacon uxorem ducturus, statuta valde pusillam duxit, dicens, ex rebus malis parviorem esse minus malam. Ad tandem de quadam antiquo philosopho ferunt didicisse, omnia mala mundi mulierem supergredi, quia haec erat malum necessarium. Refert Paulus Manutius (in suis *Adagiis*), celebratum fuisse ab antiquis proverbium illud: *ignis, mare, mulier, tria mala*: ignis omnia consumit, et devorat, quae sibi admoventur: mare tumentibus suis fluctibus munitissimas naves, ac tiremes absorbet; mulieris tamen malitia maior esse perhibetur: nam si ignis non tangat, nulli nocet; mare, si ei non te appropries, non te submergit; at mulier etiam non laeta, sed visa, sed audita, sed solum cogitata, frequenter laedit, ac mortifero veneno animum inficit. Haec, et alia persimilia, quae consulo silentio praetero, non miror antiquos philosophos in contemptum foeminei sexus dixisse, cum eas, quas tulit foeminas felicissima haec legis gratiae aetas, prorsus ignoraverint: non moverunt Agnetem, Catherinam, Agatam, Ursulam, Ceciliam, Margaritam, et alias persimiles, cum quibus celebres, non solum legis naturae, sed neque scriptae foeminae ulla ratione valent comparari: nec etiam agnovit celeberrimas has duas foeminas, Mariam, et Elisabeth, quibus tanta inerat sanctimonia cum singulari prudentia coniuncta, ut Deus graviora christianae religionis sacramenta, abditissimaque arana, ipsis etiam spiritalibus angelicis non satis perspecta, eis revelare, et credere non dubitaret. Veram, ut antiquos philosophos foeminei sexus mordaces detractores contuemus, non opus habemus ad haec nostratia legis gratiae calamm admove, cum tam in lege naturae, quam scriptae, insignes extierint foeminae variis animi ornamentis decoratae: ut enim Diodorus Siculus (lib. 3) refert, Semiramis, Aspasia, et Livia tam singulari prudentia praeditae agnoscebantur, ut nullum penitus negotium rex Ninus absque consilio Semiramidis, nec Cyrus absque consensu Aspasiae, nec Augustus Caesar non consulto Livia referent. Historia tripartita tradit, Iustinianum imperatorem inter imperialia decreta contestatum reliquisse, consilium suae uxoris in reipub. rebus gerendis maximum sibi emolumentum attulisse; quod idem refert de Theod-

doso imperatore, qui ingenue fatebatur, consorsis suae consilium in regni regime perutile sibi extitisse. Arist. deinde in suis Politicis (1. Pol.) scribit, solitas quondam fuisse foeminas in publicis consistoriis, et comitis ad ferendam suam sententiam introduci; quam consuetudinem apud Germaniam viguisse, auctor est Cornelius Tacitus (de morib. Ger.): immo Plato (l. de Rep.) testatur, publica officia partim inter foeminas dividi solitum. Sed haec nihil sunt: audite maiora, et excellentiora d. Hieronymi ore prolata: qui (ad Princ. virg.) scribens, his aureis verbis illam alloquitur: *Scio me, Principia, in Christo filia, a plerisque reprehendi, quod interdum scribam ad mulieres, et fragilliores sexum maribus praeferam*. Si viri de Scripturis quaererent, mulieribus non loquerer: Si Barae ad praetium noluisse Deboram, decitis hostibus non triumphasset. Ieremias carcere clauditur, et quia periturus Israel virum non receperat prophetantem, Oida eius mulier suscitatur. Sacerdotes, et pharisaei crucifigunt Filium Dei, et Maria Magdalena plorat ad crucem, unguenta parat, quaerit in tumulto, hortolanum interrogat, Dominum recognoscit, pergit ad angelos, repertum nuntiavit; illi dubitant, ista confidit. Rebecca pergit ad interrogandum Deum, et sua responsione condigna audit oracula: Duae gentes in utero tuo, et duo populi de ventre tuo dividuntur. Maria soror Moysi victorias Domini canit, et Rachel Bethlehem nostram stirpem nominis sui signat in posterum. Ruth, et Esther, et Judith tantae gloriae sunt, ut sacris voluminibus nomina indiderint. Quid dicam de regina Saba, quae venit a finibus terrae audire sapientiam Salomonis, quae testimonio Domini omnes viros condemnatura est? Jerusalem? quid memorem Annam, matrem Moysis, mulierem Trecentem, Annam filiam Phanuel, Elisabeth? sequebantur mulieres Salvatorem, et ministrabant ei de facultatibus suis. Cum Samaritana loquitur ad puteum. Apollo virum apostolicum, et in lege doctissimum, Aquila, et Priscilla eruditum, et instrumentum eum de via Domini. Si doceri a foemina non fuit turpe Apostolo, mihi quare turpe sit post viros docere, et foeminas? Haec brevier perstrinxi, ut nec te poeniteret sexus tui, nec viros nomen suum erigeret, in quorum condemnationem foeminarum in Scripturis sanctis via laudatur. His, quibus d. Hieronymus singulari eruditione foeminas ab iniuriis sibi illatis vindicari, adnectere placet insignem d. Ambrosii laudem in foemineum sexum: hic (lib. de Parad. cap. 10) ingeniose adnotavit, quod licet aliquo Diu singulari, quae creabat, vel dicebat esse bona, vel eis benedicebat; cum autem creavit primum hominem, nec dixit esse bonum, nec ei benedixit, quousque creavit Evam, ut constat ex cap. 1. Genes. Rationem autem huius sanctus doctor putat esse, nondum completam habuisse perfectionem suam quousque foemina ei advenit tanquam complementum virilis perfectionis, creata adhuc muliere, quia iam homo sum completam perfectionem nactus fuerat, benedictionem pariter cum illa a Deo suscepit: *Benediciteque illis Deus, et ait: Crescite, et multiplicamini, et replete terram (ibid.)*.

Ceterum, ut unde nonnihil digressi sumus, revertamur, quae sint stupenda illa arcana, non solum Virgini, sed et cognatae Elisabeth divinitus revelata, et a Deo sibi credita, aperiunt. Sacer evangelista ea commemorat a verbis illis evocans: *Clamavit voce magna: clamavit certe, quia ut solent homines prodigia videntes, continuo prae admiratione exclamare, ad eundem modum, cum Elisabeth inaudita, et insolita in Maria celebrata mysteria contempleretur, prae admirationis magnitudine exclamavit. Sed quid exclamavit? mira sane praecognita Virginitatis, ostendens in hoc Mariae laudes non mussitantes, sed vociferantes, ut ad omnium aures deveniant, publice decantantes fore, instar illius foeminae, de qua idem evangelista refert, alla voce Mariana encomia coram omni populo decantasse: *Exurgens mulier quaedam de turba dixit: Beatus venter, qui te portasti, et ubera, quae sucasti.* Sed quomodo quaeso poterat Elisabeth non clamare, et vociferari, quae gravida erat voce illa sonora, hoc est, Ioanne, qui *vox* erat *clamantis in deserto*? immo non tam ipsa, quam Ioannes per vocem illam magnam emisit tot vaticinia et prophetias continentem, ut his verbis egregie dixit d. Augustinus (*lib. 3. de mirab. sac. Script. c. 3*): *Ioannes adhuc in matris utero manens, priusquam nasceretur, cum Mariae matris Domini introitum in domum praesentit, per os matris Elisabeth, de nascituro Christo Domino ea ex prophetavit. Licet enim esset lucerna ardens, et lucens, testimonio Salvatoris, erat tamen adhaec sub modio, quia illo tempore solum potuit illuminare modicum suum, et soli lucere matri. Quis enim indicavit ei Mariam esse matrem Domini, nisi puer in utero existens? Primum ergo hoc encomium fecit: *Benedicta tu inter mulieres: ubi impletum intueor illud Ecclesiastici (c. 24): In multitudine electorum habet laudem, et inter benedictos benedicetur: quemadmodum volucres coeli, quantumvis canori sint, ut adnotavit d. Basilium (homilia de Paradiso), nocte silente, et ipsi silentio: aurora vero, et sole appropinquante, dulci modulatione Creatoris sui laudes concinunt, iuxta illud (Dan. 3): *Benedicite omnes volucres coeli Domino; et ita Ioannes, et Elisabeth, qui antea tacentes, et quasi muti erant in divinis mysteriis, appropinquante tamen ad domum eorum aurora Maria, iustitiae Solem secum ferente, velut coelestes, ac spirituales coeli volucres laudes Iesu et Mariae intonare coeperunt (Luc. 1): *Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.* Quam autem congruo, et consentaneo laudationis genere usa fuerit beata Elisabeth, ex eo non obscure colligitur, quod a salutatione Sabrielis verba illa: *Benedicta tu in mulieribus, quamvis ea non audierat, divino tamen afflante Spiritu, mutavit, ut sic idem in angelo, et Elisabetha spiritus proloqui ostenderetur: unde d. Ambrosius (in comment. hui. loc.) dixit: *Eodem voce Maria ab angelo, et ab Elisabeth, benedicta dicitur, ut angelus, et hominibus simul veneranda monstraret, quia scilicet utriusque benedictionem attulit: sic enim Virginitas magis firmabatur, cum in ore duorum, vel trium stet omne******

verbum. Et quidem oportuit, ut sicut peccati maledictio a muliere coepit, ita bona divinae benedictionis a muliere inchoarent, a Maria scilicet, et Elisabeth. Illud deinde observatione dignum est, quod angelus Gabriel, et Elisabeth in hac visitatione, velut peritissimi artis musicae sibi invicem consentientes, dulciter canerent: nam Gabriel coepit in laudem Virginitatis canere (*Luc. 1*): *Benedicta tu in mulieribus; Elisabeth autem dulciorum reddens cantus harmoniam, eandem vocem repetit: *Benedicta tu in mulieribus: unde sicut olim duo Cherubini, ante arcam assistentes, mutuo se aspiciabant, sibi que invicem respondentes, clamabant: Sanctus, Sanctus; ita Gabriel, et Elisabeth ante mysticam arcam Mariae, mutuo in laudem illius sibi respondentes cecinerunt: *Benedicta tu in mulieribus.* In eo tamen laus Elisabeth Gabrielis laudem excessit, quod cum illo dicente: *Benedicta tu in mulieribus, non dum virginea Mariani uteri terra Christum germinarat, non subiunxit angelus, et benedictus fructus ventris tui; Elisabeth autem congruentem verba illa addidit, ut proficeretur iam Verbum carne factum esse, veraque hominis naturam induisse. Unde dicens: *Benedictus fructus, permultos haereticorum errores profligavit. Retulit enim in primis Valentianum haereticum asserentem, ut recenset d. Augustinus (epist. 120), Virginem post partum involatam non permansisse: cum enim potuisset dicere, ut solet: *Benedictus illis ventris tui; notanter dixit: *Benedictus fructus: quia sicut ex arbore absque eius laesione, immo cum maiori eius decore, fructus erumpit, sic Christus Dominus instar fructus arboris ex Virgine matre absque ulla virgine claustrum violatione prodiiit. Refellit etiam eisdem verbis impium Cerdonis, et Marcionis deliramentum, mendacissime effugientium, corpus Christi non fuisse vere humanum, sed apparens, et phantasticum: si enim Christus fructus est uteri virginei, utique cum omnis fructus constans naturalis sit plantae, oportet Christum constans naturalis esse matri, hoc est, veram naturam hominis, sicut illa, induisse, ut unanimi consensu hoc genere argumenti utentes in expositione illorum verborum: *Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice eius ascendet, omnes fere Patres, ut Leo Papa (ser. 4. de nat.), d. Ambrosius (lib. de bened. Patriarch. c. 4. et 2. de Spiritu sancto c. 5), Rupertus (in Isa. c. 6. et lib. 11. de Vict. Verbi Dei. cap. 28), Tertullianus, et alii permulti catholicam hanc veritatem confirmant. Ac tandem eisdem verbis haereticam aliorum amentiam, qui Christi corpus et coelo fuisse inductum, coelestique materia compactum confinxere, satis superque expugnant; nam si Christus fructus est ventris Mariae, necesse est carnem ab illa sumpsisse, ac sanguinem ab ea subministratum materiam corporis eius exitisse. Haec omnia paucis comprehendit his verbis Severus (in comm. hui. loc.): *In qua parte emergit Euticeus redargutio, dum fructus ventris Christus asseritur? Omnis enim fructus est eiusdem naturae cum planta; unde et Virginem relinquatur eiusdem fuisse naturae cum secundo Adam, qui tollit peccata mundi. Sed********

et qui phantasticam opinionem de carne Christi confingunt, in utero Dei Genitricis partu erubescant; nam ipse fructus ex ipsa substantia procedit arboris. Ubi sunt etiam dicentes, quasi per aquaeductum Christum transisse per Virginem? advertant ad dictis Elisabeth, quam replevit Spiritus sanctus, Christum fructum ventris: haec ille. Ad haec recte dixit (*Luc. 1*): *Benedictus fructus, quia sicut quondam Eva fructum mortiferum viro suo porrexit, quo illum, et nos infecti; ita Maria vitalem fructum mundo intulit, quo vescentes venenum illius antiquae potiosis evomere possimus. Ut eum docuit d. Thomas (opus. 8), Eva quaesivit fructum, in illo tamen non invenit, quae desiderabat: tria namque concepit; primo id quod falso antiquus serpens pollicitus fuerat ei, et viro suo: *Eritis sicut Dei, scientes bonum, et malum: cui illa subaudiens, et de fructu comedens, insipientibus iumentis similis facta est, et contra vero Deo valde dissimilis; beata autem Virgo fructum invenit Christum Dominum, quo vescentes in eum transformamur, et similes ei efficiuntur, et consortes divinae, et humanae naturae illius reddimur. Secundo Eva in fructu suo voluptatem certe quaesivit; vidit enim modum esse ad vescendum, ac gustui suavam, sed non invenit nisi dolorem, et confusionem, et novissima eius amara, quasi absinthium; sed in Virginitatis fructu, tamquam in celebri manna coelesti, omne delectamentum, et omnis saecularis suavitatis delectatur. Tertio Eva pulchritudine fructus fuit affecta; sed quid quaeso comparabile habet pulchritudine fructus Mariani paradisi cum pulchritudine illius, cum ille comedentes deturpaverit, et in oculis Dei deformes, ac foedissimos reddiderit, hic vero in via illum manducantes intus decoret, et pulchros faciat, in patria vero eundem videntes beatificet, et incredibili alacritate afficiat? Unde colligo, iuxta vulgarem etiam nostrum loquendi modum, qui quosdam fructus pro pransi principio, alios in finem eius profectus destinamus, aptissime Christum Dominum fructum vocitari, cum principium sit, et finis nostrae salutis, ut ipse testatur dicens (*Apoc. 22*): *Ego sum alpha, et omega: hoc est, principium certe nostrae iustificationis, et finis, ac scopus nostrae beatitudinis: unde Ecclesia catholica (in antiph. Salve Reg.) docet nos beatam Virginem deprecari, ut nobis ab hac vite decedentibus dignetur hunc fructum benedictum manifestare: Et Iesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende. Observavi non semel, quod huic argumento inservire posse putavi, quod duo praecipue anni temporibus pretiosiores aestimari arborum fructus, in hyeme scilicet, et in quidam illorum tardius maturescunt, et in vere, in quo intensior calor causa, citius erumpunt, et maturitatem consequuntur, primaevi fructus appellantur; ad quod alludere videtur verba illa (*Mich. 7*): *Praecoquas feras desideravit anima mea: contempler sane Mariam, et Elisabetham tamquam ex divina virtute factas fructiferas arbores, singulos summi pretii fructus produxisse: mirabilis quidem fructus Ioannes, quem sterilis arbor Elisabeth, juvenilis aetatis flore, ac fronde expoliata, im-****

mo et ex infocunditate sicca, mirabiliter protulit: mirabilis etiam idem, quia in capite autumni maturus, hoc est, maturo iudicio praeditus, foras prodiiit, post Palaestinae messem iam factam, quia *lex*; et propheta usque ad Ioannem. Mirabilis deinde, immo admirabilior multo fructus, quem B. Virgo in ipso florido gratiae vero, divino flante Spiritu protulit. Filium scilicet Dei, humana carne indutum, qui merito *primaevis fructus* appellari debet, non solum quia perfectionis excellentia primum, et quia primogenitus est, quatenus Deus, aeterno Patri, et quatenus homo Virgini matri suae, sed etiam quia inter natos mulierum primus est, et secundum non habet, qui ex matre virgine processerit; unde egregie noster s. Bernardus (*ser. de Pas. Dom.*) eodem spiritu, quod d. Ambrosius (*l. 2. de Spi. s. c. 1*), et d. Gregorius Nyssenus (*orat. S. Chris. nat.*) dixit: *Si diligenter volueris intueri, intelliges in omni arborum genere, in ortu fructus florem decidere, et perire; in omnibus quoque, et fere cunctis animantibus, fructus florum florem virginitatis abscondere: non sic erat in nativitate vestris nostrae; beatissima enim mater illius, fructum protulit benedictum, non amisso virginitatis flore, immo magis per partum mirabilem, et mundissimum est decorata, ubi *lex*; ubi iura naturae abscessa sunt. Sed latus, et copiosius iam Marianae arboris, quam fructus illius mira praecognita decantavit Andreas Ierosolimitanus episcopus in haec praecleara verba: *Benedicta tu inter mulieres, quam Zacharias viri divicissimus, aureum eum candelastrum, septem vidit lychnis ornatum, mirum videri illis sancti Spiritus donis clarum, et lucidum. Verum tu benedictus, sensu intellectuque praedita viridis salutaris nostrae ligni paradisi, quae ipsum hortu Eden colonum, Christum, inquam, Dominum, intra te habes, figuris in te adumbratum, qui ineffabili quadam potentia, luminis instar, visciparum uterum tuum egressus quatuor, velut in illis, per evangelium suum orbis faciem irrigavit. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Fructus quo comedens Adam protulit, evomit veterem illum decorationem, qua deceptionis escam sumperat. Fructus undecum ex fonte defluit amarulentae ligni degustationis quaedam condoloratio, humanam purgans naturam: qui fontes, luminum instar, errant in deserto Israeli et petra elicuit, et aquas amaras in Maria dulces reddidit: panem insuper pluit nonno alimentis generis. Benedictus fructus qui sterilis, et amarus aquas per Eliseum potabiles, et focunditas salis insperatione efficit. Benedictus fructus ille, qui ex incorrupto virginitatis uteri surculo, veluti perfectus mirabiliter maturescens botrus enatus est. Benedictus fructus, ex quo fontes scaturient aquae in vitam salientis aeternam. Fructus, ex quo vitalis ille panis, corpus inquam dominicum producit, et immortalitatis cultus salutaris potio exhibetur. Benedictus fructus, quem fructum omnis lingua celebrat coelestem, terrestriam, et infernoam; hactenus Andreas episcopus Ierosolimitanus.**

Secundum encomium, quod Elisabeth in Virginitatis honorem protulit, verba sequentia continent: *Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini*

mei ad me? Ecce Mariam praedicat Dei Genitricem esse, et quam pauperissimam agnoscit, reginam caeli, et terrae, utpole regis Regum Matrem, non diffidetur; non enim inter eos apud illam connumeranda veniebat beata Virgo, qui ob paupertatis pondera depressi divitiarum pennis deficientibus ad dignitatum cacumina evolare non possunt. Equidem sapientibus non parum egestas obesse solet, ad dignitatis fastigia descendenda; unde acute satis Alciatus (in Emblem.). cuius inscriptio est: *Paupertatem summis ingenio obesse*, depinxit perurum manu una alas, altera vero gravem lapidem tenentem, subditque haec egregia carmina.

Dextra tenet lapidem, manus altera sustinet alas,
Ut me pluma levat, sic grave mergit onus.
Ingenio poteram superas volitare per auras,
Me nisi paupertas invida deprimeret.

Ac certe B. Virgini non solum non obfuit paupertas ad nanciscendam Dei Matris dignitatem, quin potius mirum in modum profuit: nam cum Christus Dominus altissimae paupertatis sectator futurus esset, ut verba illius satis indicant (Matth. 8): *Vulpes foecae habent, et volucres caeli nidus; Filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet*, matrem sibi ab aeterno elegit, non opulentam, sed pauperulam, et indigentem. Cum autem Elisabeth Mariam agnovisset dignam Dei matrem, consequenter eius visitatione indignum se esse fateatur, dicens: *Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?* Simile humilitatis argumentum praebuit Ruth, quae ut habetur cap. 2: *Adorans super terram dixit ad eum, scilicet nobilem Booz: Unde mihi hoc, ut invenierim gratiam ante oculos tuos, et nosse me digneris peregrinam mulierem?* simile etiam aliud exhibuit Aereana Iebusaeus, cum David regem cum servis suis, iuxta Prophetiae mandatum venientem animadvertit, adoravit illum prono vultu in terram, dicens (2. Reg. 24): *Quid causae est, ut veniat Dominus meus rex ad servum suum?* Ad eundem modum animadvertens Elisabeth reginam Mariam dignatam fuisse illam visitare, cum aliquo verba Dei Genitricis esset, admiranda clamavit (Luc. 1): *Unde hoc mihi, ut veniat Mater domini mei ad me?* quasi diceret; certe cum ego sim mater Praecursoris, Maria Salvatoris; ego mater militis, Maria ducis; ego mater servi, Maria Domini; ego mater lucernae, Maria lucis caelestis; ego mater luciferi, Maria ipsius solis; ego mater parvulorum, Maria ipsius sponsi; ego mater vocis, Maria conceptus, et Verbi divini; non possum non mirari, quod domina humilem ancillam visitet, et ad domum meam divertat. Hoc sane non ob merita mea, sed ob divinum largitalem, et munificentiam mihi accidit. Unde d. Ambrosius (homil. de visit.) haec verba exponens, inquit: *Non quasi ignorans dixit; scit enim esse sancti Spiritus gratiam, et operationem, ut Mater Domini matrem prophetae ad profectum sui pignoris salutem; sed quasi non humani hoc meriti, sed divinae gratiae munus esse cognoscat, ita dicit: Unde hoc mihi, ut veniat mater Do-*

mini mei ad me? In quae etiam verba ingeniose Origenes (sup. Lu.) dixit: *Convenit autem hoc dicens cum filio, nam, et Ioannes indignum se sentiebat adventu Christi ad ipsum: divina autem promissio duxerat Mariam ad Elisabeth, ut Ioannis testimonium ob utero perveniret ad Dominum; tunc enim Ioannes Dominus in propheta constituit. Perpende hic Elisabeth humilitatem, quae, quanto maioribus favoribus Iesus, et Maria illam visitantes prosequuntur, tanto magis ipsa se humiliat, ac demittit: non sic, non sic filii huius saeculi, sed sicut olim Aman, qui quanto magis a rege Assuero honorabatur, et exallabatur, magis ipse intumescebat, et alios despectui habebat, ita ipsi, quanto magis bonis temporalibus sublimantur, tanto magis superbiunt, et alios despicientes eriguntur, de quorum singulis Iob dixit (c. 1): *Vir vanus in superbiam erigitur*. Tandem observa cum d. Gregorio (in Moral. lib. 18. cap. 35), eandem Virginem matrem esse Domini, et eandem simul ancillam eiusdem, eo nimirum modo, quo et idem Christus auctor est operis, et opus auctoris; idem templum, et idem factor templi; idem ipse, qui fecit, et idem, qui factus est: si enim Christum in ratione divinae naturae contemplerim, ipsius ancilla Virgo est, ipsius et creatura; si autem humanitatem assumptam spectemus, illa Domini mater est.*

Tertium encomium, quo Elisabeth Deiparam laudavit, illud singularae fuit, quod vox eius instrumentum fuerit divinae virtutis ad sanctificandum Ioannem, et ad donum prophetiae per illam in se conferendum: id aperte indicant subsequenda verba (Luc. 1): *Ut facta esset vox salutationis tuae in auribus meis, exultavi infans in gaudio*.

Virtus certe Christi Domini per vocem Mariae ad Ioannem delata non solum illi, etiam patrem eius coelestibus charismatibus replevit; cum hoc tamen discrimine, ut dixit d. Ambrosius (li. 2. in Luc.), quod vocem prior Elisabeth audivit, sed Ioannes prior gratiam sensit, exultavit infans, et repleta est mater; non prius mater repleta quam filius, sed cum filius esset repletus Spiritu sancto, replevit et matrem. Mirabilis sane fuit processus iste: quis enim non miraretur, radium solis christallinum phialam ingredientem, prius quod intus est, illuminare; deinde per reflexionem lucis rei intus illuminatae ipsam illustrari, et illuminari? hoc igitur mirabile cernere est in Elisabetha: radius enim divinae lucis per vocem Mariae a Christo missus viscera matris penetrans, prolem intus latentem absque perfunsa prius luce aliqua in illam, prius prolem intus latentem illuminavit, deinde vero quasi per quandam reflexionem lux in Ioanne recepta ad matrem illuminandam pervenit. Id aperte sibi voluit nuper citata verba d. Ambrosii (l. 2. sup. Luc.): *Vocem prior Elisabeth audivit, sed Ioannes prior gratiam sensit*.

Quartum tandem Elisabeth encomium Mariae fidei commendationem continet: *Beata, quae credidisti*, qua Virginem ab impissimis haereticis illam in fide vacillasse, dum dixit: *Quomodo fiet istud, quoniam virtus non cognoscitur?* asserentibus, apertissime vindicat. Nam si Eli-

sabeth ait Mariam tunc credidisse, ergo mentiantur ipsi asserentes non credidisse, aut diabam extissime: dubia enim fides non erat digna illa celebri commendatione, beata, quae credidisti: nec etiam vacillans credulitas praemium merebatur non solum in futuro, sed nec in praesenti saeculo: at Elisabeth pollicetur Virgini quod fides, quam angelicae annunciationi adhibuit, illud praemium nancisceretur, omnia sibi revelata arcana in ea fore implenda: *Quoniam perficiuntur in te ea, quae dicta sunt tibi a Domino*. Octo quidem stupenda mysteria nunciata fuerunt ei ab angelo, quorum tamen unum dumtaxat fuerat impletum, nimirum: *ecce concipies in utero*, quia tunc iam Filium Dei utero suo conceperat; septem vero impleri desiderabantur: dixerat enim Gabriel: *paries filium*, quod in natalitate erit adimplendum; dixerat: *vocabis nomen eius Iesum*; quod in circumcissione differrebat; dixerat: *hic erit magnus*; quod sine dubio impletum fuit, Hebraeis dicentibus (Matth. 16): *Propheta magnus surrexit in nobis*; dixerat: *Filius Altissimi vocabitur*; quod adimpletum vidimus, Petro dicente (Matth. 16): *Tu es Christus Filius Dei vivi*, et Centurione exclamante in obitu Christi (Matth. 27): *Vere Filius Dei erat iste*; dixerat: *Dabit illi Dominus sedem David patris eius*; quod post Christi resurrectionem adimpletum novimus, ipso tunc dicente (Matth. 28): *Data est mihi omnis potestas in caelo, et in terra*; dixerat: *Et regnabit in domo Jacob in aeternum*; quod in Christi ascensione manifestum impletum fuisse, Christo ad dexteram Patris sedente, ut catholica tradit fides symboli Niceni: *Sedet ad dexteram Patris*; ac tandem dixerat: *Et regni eius non erit finis*; quod etiam iam impleri coepit ipso cum Patre in caelo regnante; ut se vidisse testatus est d. Stephanus, cum dixit (Act. 7): *Video caelos aperti, et Iesum stantem a dextris virtutis Dei*. Tandem Mariae fides non solum fidem illam Zachariae ambigentis: *unde hoc sciam?* non solum fidem Moysis, Aarons sacerdotis, et Gedeonis fortissimi principis, qui de divinis promissis dubitarent, longe superavit, cum excellentissima quoque sibi munera promissa implenda nunquam haesitavit; sed et nunquam satis laudatam Abrahae fidem longa intercapedine excessit. Crediti ille sterilem anum parituram; haec vero Virginem salva integritate matrem esse futuram: crediti ille, ex se viro iam senes foetum esse concipiendum; haec vero filium esse se concipiendum sine ullo viro: crediti divino oraculo se geniturum parum hominem; haec Deum, et hominem in lucem edituram; crediti ille habiturum filium, sed communi, et usitato naturae ordine propagandum; haec praeter omnem naturae usum, Spiritu sancto cooperante, divinam humanamque prolem esse concepturam: ac tandem crediti Abraham, Deum etiam posse mortuum filium suscitare, ut dixit d. Paulus; haec vero Deum, et nasci, et mori posse, ut omnes in eo promissiones legis perficerentur. Ecce quam merito Elisabeth Mariae dixit: *Beata, quae credidisti*. Quam tamen impissimum haereticis Brentius sub praetextu laudandi Virgini fidem, haereticis suae mortificationis, honorum operum necessitatem ex-

cludentis, impudenter evomit, dicens: *Mariae beatitudo per eandem rem, per quam et Abraham contigit, videlicet, quia credidit, et per fidem beata est, et non per vlla operis: quis ergo de neget fidei deberi omnia? idcirco silentio non praeteribo, falsum hunc interpretem, et alios claudens farinae, ignorare, vel dissimulare Scripturae morem, quem dicit unum dicit, aliud non excludit; fidem laudat, sed ita ut poenitentiae, charitati, sacramentis, et aliis pietatis operibus vim suam, et laudem relinquat: quare, qui illud solum urget: *iustus ex fide vivit* (Gal. 3), meminisse oportebit eos, scriptum esse (Ezech. 18): *Iustus in iustitia sua, quam operatus est, vivet: et illud* (Jacob. 1): *Qui facti iustitiam, iustus est, sicut et ille iustus, et beatus in facto suo erit, id est per factum suum: et illud: Fides sine operibus mortua est* (Iaco. 2). Dicitur autem beatus credens, quia fides inchoat iustitiam, et radix est, et basis futurae beatitudinis nostrae; et Abraham non tantum fide, sed etiam operibus, Jacobo id aeternitate, iustitiae suae incrementa accepit, et vitam aeternam promeruit, quam nobis donare dignetur Iesus filius Mariae, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA IX.

Titulus multiplex celeberrimi Cantici Deiparae Mariae aperitur; ac mira eius super omnia cantica dignitas, et excellentia ex multiplici capite demonstratur.

Supremus eloquentiae parens Cicero (lib. 1. de divinat.), necnon et Plinius (lib. 28. natur. hist.), rerum non solum naturalium, sed historicarum diligentissimus investigator, commemorant, solum olim fuisse, ut cum Romani ad templum convenirent, victimas, et sacrificia diis suis immolarentur, praecoenam quandam alta voce inducerent dicentes: *facete linguas: quae verba non eodem modo explicant interpretes: nam Seneca (l. de vita beat.) dixit, per illa auditoribus silentium indicat, ac si dixisset: Loquaces compescite lingua. A Paulus (in epist. Festi Pomp.) contra existimat, bona verba facere, non silentium ibi postulari. Ego vero in praesentiarum utramque mihi apprime necessarium iudico, silentium quidem, ut magna, quae de cantico Virgini praedicare gestio, attentius audiantur: verba etiam, ut linguis ad Dominum orantibus non solum humanis, sed angelicis gravissimum hoc argumentum in Deiparae Virgini gloria, digne prosequi valeam. Excellentiam igitur huius sacri Cantici super reliqua omnia ostendimus, ex multiplici capite velis nos accutari posse aperiam. Primo, ut nec minimum apicem omitamus, ex praesentia tituli illius singularum eius praecoenam titulum ei apponunt: *Canticum Virgini*: alii, *Carmen triumphale Mariae*: alii, *Virginem ephthalaminam*: alii, *dulcissimum atque eruditissimum Mariae canticum*: alii, *insignis, et me-**

morabilis s. Virginis concentus: alii, *dicium*, et excellentissimum *Mariae canticum*: alii, *carmen sanctissimum*, et *dicium encomium Mariae*: alii, *compendium divinorum sacramentorum*: alii, *catholica*, et *humilis professio Mariae*: alii, *symbolum Marianum*: alii, *evangelica doctrina Mariae*: alii, *chatechismus perfectorum*: alii, *suavis harmonia Deiparae*: alii, *Mariana cithara perfectissime temperata*. Origenes (ho. 8. in Luc.), hunc titulum inscripsit; Vaticinium virginalis. Cancellarius parisiensis (tract. 2. in Magnif.): *Psalterium decachordum*. Canisius (lib. de Deip. c. 5.): *Primum novi testamenti hymnus*. Multiplex certe hic titulus non solum huius Mariani cantici super reliqua excellentiam ostendit, cum nullum aliud his honorificis cognominis conestari possit, sed et ad abditissima arcanam, quae in illo latent, detegenda, scrutandis illa viam parat; nam, ut dixit d. Augustinus (sup. Ps. 35): *Si quis libri titulum recte novit, facite totius libri notitiam assequetur*.

Secundo ex circumstantia loci excellentia huius cantici commendatur. Ab alio namque monte *super montana*, ad quae descendere, posita Deipara, cecinit canticum hoc, ut ostenderet super omnia alia cantica eminere, et quasi ex sublimi illo loco, velut e cathedra, dictaret illud (Deuter. 31): *Scribite vobis canticum istud, et docete filios vestros, ut memoria teneant, et ore decantent, et sit vobis canticum istud pro testimonio inter filios Israel*.

Tertio excellentiam huius cantici deprehendere possumus ex praestantia, et dignitate auctoris illius; quod sane non praetermisit sacer evangelista Lucas, cum expressis verbis tradat Mariam huius cantici fuisse compositoricem (Luc. 1): *Dixit autem Maria: Magnificat anima mea Dominum*. Non diffiteor, reliquorum canticorum auctores sanctitate fuisse conspicuos, ut observavit d. Chrysostomus (super Psal. 112), nimirum, Moysen, Deborah, Barac, Annam Samuelis matrem, Isaiam prophetam, regem Ezechiam, Habacuc, necnon tres pueros babilonicos: in novo etiam testamento post Christi adventum duos alios viros, Zachariam, et Simeonem canticis cecinisse novimus, quorum tamen nemine refragante nota est sanctimonia, et evangelico eloquio constabilita. Ceterum cum pene in infinitum sanctitas, ac sufficientia Deiparae tam ex naturali ingenii acumine, quam ex supernaturali ei infuso lumine illos omnes praecellat, reliquum est canticum hoc, quantum ex praestantia, sufficientia, et dignitate auctoris, reliqua cantica longa intercedere superare.

Quarto: commune quidem est rebus perfectioribus eminenter continere plures sibi inferiores, ut constat in anima rationali, quae velogativam, et sensitivam excellentiori modo continet; necnon etiam in supremo angelo, qui reliquorum omnium perfectionibus eminentiori quadam ratione praeditus est: tandem in Deo, qui ob infinitam eius perfectionem necesse est omnia creabilia eminentissime in se continere. Excellentia igitur huius cantici in eo mirifice effulget, quod reliquorum omnium argumenta, tam veteris, quam novi testamenti, singulari, ac divino artificio comprehendit: ea e-

nim omnia illum scopum respiciunt, ad pertractanda de gratiarum actione, ad de amore inter sponsam, et sponsam, aut de liberatione ab aliquo ingrueute malo, aut de instruendis ignorantibus, aut de victoria ab inimicis reportata, aut de hostium oppressione, aut de divinis laudibus, vel de abditis arcanis reseratis, aut tandem de promissionibus divina liberalitate adimpletis. Gratias olim referebat Deo populus israeliticus illud concinens canticum (Num. 21): *Ascendat puteus, quem foderunt principes, et paraverunt duces multitudinis in datore legis, et in baculis suis*. Salomon de amore sermonem instituens in persona sponsae canit (Cant. 1): *Osculetur me osculo oris sui*. Propter liberationem a morte cecinit Ezechias (Isa. 38): *Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi*. Isaias ob singulare aliud liberationis collatum sibi beneficium clamavit (ibid.): *Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi, conversus est furor tuus, et consolatus est me*. Anna ob munera accepta canebat (1. Reg. 2): *Exultavit cor meum in Domino, exaltatum est cor meum in Deo meo*. Moyses ad docendos ignorantes cantavit (Deut. 32): *Audite coeli, quae loquor, et auditum terra verba oris mei*. Debora propter partem de hostibus victoriam, hoc genere cantici alios ad divinas laudes invitabat (Jud. 5): *Qui sponte obtulistis de Israel animas vestras ad periculum, benedicite Domino; ego sum, ego sum, quae Domino canam, psallam Domino Deo Israel*. Propter mirabilem oppressionem, et submersionem hostium in mari rubro extulit vocem Maria soror Moysis, hilari voce divinas laudes canens (Exod. 15): *Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est, equum, et ascensorem proiecit in mare*. David zelo divini cultus frequenter divina praeconia probabat (Psal. 117): *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in saculum misericordia eius*. Zacharias, magni Baptistae parens, ad divina sacramenta sibi revelata reseranda, quibus plenus erat, in canticum illud erupit (Luc. 1): *Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit, et fecit redemptionem plebi suae*. Ac tandem s. Simeon propter adimpletam sibi divinam promissionem, non visurum se mortem, nisi videret Christum Dominum, velut cygnus iam moribundus, sonora voce intonuit (Luc. 2): *Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace*. Omnia isthaec horum canticorum argumenta, quam artificiose divina nostra tympanistrata Maria unico suo cantico conclusit, si nosse, placeat et auscultare: etenim ut Deo gratias ageret, cecinit (Luc. 1): *Magnificat anima mea Dominum*. Ut dilecto sponso congauderet, subiunxit: *Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo*. Propter praeservationem autem a multiplici humanae conditionis miseria, quam in se humiliter affectu respiciens agnoscebat, addidit: *Quia respexit humilitatem ancillae suae, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generaciones*. Propter ingentia, et inaudita sibi collata beneficia adiecit: *Quia fecit mihi magna, qui potens est, et sanctum nomen eius*. Ad instructionem vero pusillanimum cantavit assuens carmen: *Et misericordia eius a progenie*

in progenies timentibus eum. Propter partas a Christo de hoste victorias, verba illa protulit: *Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui*. Propter divinitus a Deo factam inimicorum oppressionem, et confusione dixit: *Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles*. Propter divinam liberalitatem, et magnificentiam apposuit: *Esurientes implevit bonis, et ditantes dimisit inanes*. Propter revelationem, et magnificationem divinatorum arcanorum, et praecipue incarnationis Verbi divini sic affata est: *Suscipit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae*. Ac tandem propter adimpleta divina promissa ultimam colophonem canticum suo imponens conclusit dicens: *Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, et semini eius in saecula*. Ecce ergo quomodo Marianum canticum reliqua omnia eminentiori quadam ratione continet. Sed id adhuc magis illud commendabile reddit, quod si tres pueri in fornace Babilonis ab igne accenso non comburebantur, canit etiam Maria, quod rubus ardens esset incombustus, virginitatem cum maternitate conferat: cecinit olim Moyses antiquam legem, quam, ut dixit d. Petrus Act. 15): *Neque patres nostri, neque nos portare potuimus*; Maria vero canit pietatem, ac suavitatem divinam in omnes progenies: Anna cecinit partum Samuelis, Maria canit virginem partum Christi: Ezechias cecinit mortalitatis suae vitae prolongationem, Maria de morte victoriam, ac vitae reparationem modulatur: cecinit Debora triumphum, quem tulit populus Israel de hostibus suis, canit Maria insigne atque gloriosum Christi triumphum, et victoriam, quam de tyrannide daemone, mundo, carne per mortem reportavit: cecinit Habacuc futurum quem expectabat Messiam, canit Maria Christum praesentem, quem in ventre gestat: cecinit Iudith Holofernis capitis amputationem, canit Maria diabolici capitis contritionem, iuxta illud (Gen. 3): *Ipsa conteret caput tuum*: cecinit Isaias humani generis redemptionem, quam prophetice oculis iam agnoverat, canit Maria mundi restorationem per Christum executioni mandari coeptam: canit Simeon semel in ulnis portans Christum, canit Maria per novem menses Verbum Dei incarnatum utero suo gestans: cecinit Zacharias, quod factus est pater Praecursoris, canit Maria, quod facta est mater Salvatoris.

Quintam excellentiam huius cantici deprehendere ex mirabilibus prodigiis, ac portentis, quae divinam potentiam, sapientiam, et bonitatem mirifice commendat. Pro quo observandum est, decem carminibus, seu versiculis constare praesens canticum, ut verbis regii valis respondeat dicens (Psal. 143): *Deus canticum novum cantabo tibi, in psalterio decachordo psallam tibi*: in hoc ergo Mariano decachordo decem Dei magna mirabilia virgine ore praedicantur, ut eo solo nomine primum, ac principem locum inter omnia cantica merito sibi vindicet. In primo versu supremam Dei potestatem, ac eminentissimum iure creationis dominium canit, vocans illum per anthonomasiam Dominum (Luc. 1): *Magnificat anima mea Dominum*. In secundo, ineffabile redemptionis beneficium

exprimit: *Exultavit spiritus meus in Deo salutari meo*. In tertio, clementiam, quae humanae conditionis miseriam respicit, et respuendo sublevat: *Quia respexit humilitatem ancillae suae*. In quarto, magnitudinem divinatorum operum ponit: *Quia fecit mihi magna, qui potens est*. In quinto, tempus divinae misericordiae in mundo advenisse ostendit: *Et misericordia eius a progenie in progenies, timentibus eum*. In sexto, rectitudinem divinae iustitiae commemorat: *Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui*. In septimo, brachium divinae potentiae demonstrat: *Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles*. In octavo, misericordiam erga iustos, et iustitiam erga peccatores a Deo exercendam: *Esurientes implevit bonis, et ditantes dimisit inanes*. In nono omnia signa, figuras, oracula, vaticinia, atque scripturas de susceptione carnis a Verbo, laconico stylo, tangit: *Suscipit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae*. In decimo, ac postremo, consummationem omnium suorum verborum ponit, ac Dei fidelitatem in adimplendis promissis pleno ore dicens: *Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, et semini eius in saecula*. Quem versiculum merito Deipara ultimo loco apposuit, tamquam complementum, et summam aliorum multorum.

Si enim prophetarum eloquia consulamus, singulos versus praedixisse reperiemus. Canit primo loco Virgo: *Magnificat anima mea Dominum*. Achior ad Iudith dixerat (Jud. 13): *In omni gente, quae audivit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel*. Canit Maria: *Exultavit spiritus meus*: cecinerat Isaias (c. 35): *Germianus germinabit, et exultabit laetabunda et ludans: gloria Libani data est ei*. Canit: *Quia respexit humilitatem ancillae suae*: ad foecundam Iliam in huius figuram dixerat (Gen. 29): *Vidit Dominus humilitatem meam: nunc amabit me vir meus*. Canit: *Quia fecit mihi magna, qui potens est*: id sane praenotulaverat David (Psal. 32): *Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, necnon et Salomon (Proc. 9): Sapientia aedificavit sibi domum, excedit progenes septem*. Canit: *Et misericordia eius a progenie in progenies*, quod et regius vates praecinerat (Psal. 114): *Misericordia tua Domine plena est terra*. Canit: *Fecit potentiam in brachio suo*: sed ab his nihil abhorret verba Davidis (2. Reg. 11): *In manu tua Domine virtus, et potentia*. Canit: *Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles*, quod et praenotulaverat Salomon dicens (Ecles. 16): *Sedes dicitum superiorem destruxit Deus, et sedere fecit vires pro eis*. Canit: *Esurientes implevit bonis, et ditantes dimisit inanes*, quibus permillia iam tradiderat idem Salomon, dum dixit (Proc. 13): *Iustus comedit, et impletur animam suam, venter autem impiorum insatiabilis*. Canit: *Suscipit Israel puerum suum, quod et Deus Abraham dixerat (Gen. 32): In semine tuo benedicentur omnes gentes*. Vaticinatus quae fuerat Isaias (c. 5): *Ecco servus meus, suscipiam eum; electus meus, complacuit sibi in illo anima mea*. Canit postremo: *Sicut locutus est ad patres nostros, ut omnia, quae antea commemoraverat, in Scripturis praemonstrata*

indicaret, quod etiam Indith praenuntiaverat, cum dixit (*Iud. 13*): *Et in me ancilla sua adimplevit misericordiam suam, quam promissit domui Israel.*

Sexto colligit excellentiam huius Mariani epithalamii ex eo, quod novissimum omnium sit. Solent quidem inter musicos, ceteris paribus, aestimari novae, quam antiquae cantiones; novissimas autem omnium constat eas fuisse, quas cecinerunt Maria, Zacharias, et Simeon: inter has vero primas fert canticum: *Magnificat*, quia cum novum fecerat Dominus super terram, mulier circumdabit eum, plures quidem quam in reliquis inauditaevitates in illud simul confluxerunt. Nam quae cuncti, mater est virgo, Deum et hominem ventre gestans, et quem coeli coelorum capere non poterant, ipsa suo ulero concluserat. Deinde nova mysteria reserabat, novo, et inaudito amoris, humilitatis, et religionis affectu, illa manifestat, Verbi scilicet divini incarnationem, eiusdem natalitatem, gratiae eius collationem, peccatorum remissionem, inferni devastationem, ac coelestis beatitudinis consequentiam. Quid ergo mirum, si David tot nova in hoc Mariano cantico commemorari praevideos in spiritu dixerit (*Psal. 95*): *Cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra?*

Licet autem canticum hoc novum sit, antiquae tamen, ac vetustissimae illius praecesserunt umbrae, et figurae: nam olim Maria soror Moysis ob demersum in mari rubro Pharaonem, prima in gratularum actionem dulce cecinit canticum. Debora propter occisum Sisaram, cuius tempora clavo terebraverat, eo quod populum Dei affligeret, canticum ad divinas laudes decantandas composuit. Anna mater Samuelis simile aliud cecinit, ob feliciam partum coelestis sibi datum: haec omnia cantica quid quaeso aptius adumbrabant, quam canticum Mariae, quae caput, non Holofernis praecidit, aut Sisaram confodit, sed antiqui serpentis contrivit, et quae futura erat, ut non partum puri hominis, ut Anna, sed Dei pariter, et hominis, divino Spiritu afflante, suavis sima suae vocis melodia cantaret? Ut autem aperte innolescat, quam egregie canticum praecipue adumbravit, observare oportet, quod illa cecinit (*1. Reg. 2*): *Exultavit cor meum in Domino: Maria: Exultavit spiritus meus in Deo salvatori meo: illa cecinit: Arcus fortium superatus est, et infirma acinetti sunt robore; Maria innotuit: Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles: illa cecinit: Repleti prius propinibus se locaverunt, et famelici saturati sunt; Maria: Esurientes implevit bonis, et dicites divites dimisit inanes: tandem si Anna dixit: Exultavit cornu Christi sui; eundem fere sensum reddunt illa Mariae verba: *Fecit potentiam in brachio suo, et exaltavit humiles.**

Septimo inde non parum excellentia huius cantici mihi delegitur, quod cum alicuius canticum Salomonis adeo perfectum omnibusque numeris absolutum esse perhibebatur, ut propterea cognomen hoc *Canticum canticorum* quasi iure suo sibi vindicaverit, ut auctor est d. Bernardus, s. Thomas, Rupertus, et alii; nihilominus tamen canticum hoc Mariae tantum illud

praecellit, quantum figuratam figuram, et veritas umbram. Certe canticum illud Salomonis causas huius Mariani elegit admissum praefigurat: ibi postulat sponsa unionem Verbi divini cum natura humana sub metaphora (*Cant. 1*): *Osculetur me osculo oris sui;* hic unio ipsae executioni mandata commemoratur: ibi quaerit sponsa: *Indica mihi, ubi pascas, ubi cubes in meridie;* hic ostenditur in thalamo Virginis requiescere, et alimento ab ea subministrato infantem Iesum intra viscera eius nutriti: ibi dicebat sponsa: *Trabe me post te, currenus in odorem unguentorum tuorum;* hic Ioanem trahit Christus ad se, qui per peccatum originale valde ab illo erat elongatus: ibi de originali ait (*Cant. 2*): *Ecco iste venit saliens in montibus, transiens colles;* hic de Maria, utero suo tamquam in thalamo sponsum deferente, refert evangelista, quod *abit in montana cum festinatione:* ibi quaerebat sponsa in lectulo sponsum (*Cant. 3*): *In lectulo meo quasi cum eum, et non invenit;* hic virgineo Mariae ventre clauditur, et a Ioanne, et Elisabeth invenitur; quod ab illis divino quodam infuso lumine ad possim illustrabatur, non solum veraciter nostrae colligerit tympanistriae, sed multo sublimiori modo, quam illi fingebant, utpote quam Spiritus sancti dulcis aura afflabat, ac suavem eius vocem reddebat, adeo ut sponsum illam auscultare desiderans, diceret (*Cant. 2*): *Sonet vox tua in auribus meis.* Hinc Hugo Viet. (*ho. sup. f. 6. quat. temp. in adae.*), quem paulo ante citavimus, haec sapienter scripsit: *Nemo huius cantici verba potest leviter aestimanda, quae nimirum de tam profunda conceptione prolata sunt, et absque profunda investigatione digne penetrari non possunt, et omne, quod dictum est, ab illa summae veritatis intima luce, cui mens Virginis excellenter inhaeserat, emanavit, aliud quicquam dicere potuit, quae meditando loquuta non est.*

Ultimo excellentiam huius cantici colligere licet ex magno honore, quem Ecclesia catholica romana a Spiritu sancto edocta, ei defert, qui adeo singularis est, ut nullum diem praeterlabi sinat, in quo illud in templis non resonet, et ab omnibus ecclesiasticis in canonicis, et vesperinis horis non recitetur: cuius sane non immemor Beda (*hom. de visit.*) dixit: *Optimus, ac saluberrimus in s. Ecclesia mos inolevit, ut hymnus b. Mariae, quotidie cum psalmodia vespertinae laudis ab omnibus canatur, quatenus ex hoc animos fidelium, et frequentior dominicae incarnationis memoria ad effectum devotionis, et praecipitata sapientis exempla Genitricis illius in virtutum soliditate confirmet.* Quod si canticum, *Benedictus*, quotidie in laudibus recitat Ecclesia catholica, id etiam in laudem Virginis cedit, quae visitationis suae mirabili virtute Zachariae mentem illuminavit, ut propheticum illud vaticinium modularetur. Ad extremum illud forsitan quispiam circa hoc canticum nosse desiderabit, an soluta oratione, an vero debita carminis mensurae habita ratione b. Virgo illud composuerit. Quidam doctores haesitant, mihi tamen coniunctum magis cum ratione videtur, carmine, et metri rarisica saepe ob subintrantem pulverem rauescunt, aut suavitate amittunt, in Marianum autem organum, nec minimus peccati venialis pulvisculus unquam subintravit, ut sacrum conc. Trid. diffusiuit; unde suavi sua melodia non potuit unquam carere. Quid quod tympanistria nostra canendi artem primas inter omnes tulit; non secus, ac philomela inter omnes aves? unde quae Ovidius de ista egregia carmina cecinit, potiori iure, multoque congruentius in coelestem hanc conveniunt philomelam:

Dulcis amica veni, noctis solatia praestans,
Ta Philomela potes vocum discrimina mille
Mille vales varios rite referre modos.
Nam quamvis aliae volucres modulamina tentent,
Nulla potest modulosa aequivalere tuos.
Iaspuper est avium spatia garrirae diurnis,
Tu cantare simul nocte dieque potes.
Sancta tamen Domino deprecans munera laudis.

Sed quas praeclaras quaeso, ac sublimes non concineret Maria laudes, cum id quod fabulosi poetae de suis musis venditabant, nimirum, quod ab illis quodam infuso lumine ad possim illustrabatur, non solum veraciter nostrae colligerit tympanistriae, sed multo sublimiori modo, quam illi fingebant, utpote quam Spiritus sancti dulcis aura afflabat, ac suavem eius vocem reddebat, adeo ut sponsum illam auscultare desiderans, diceret (*Cant. 2*): *Sonet vox tua in auribus meis.* Hinc Hugo Viet. (*ho. sup. f. 6. quat. temp. in adae.*), quem paulo ante citavimus, haec sapienter scripsit: *Nemo huius cantici verba potest leviter aestimanda, quae nimirum de tam profunda conceptione prolata sunt, et absque profunda investigatione digne penetrari non possunt, et omne, quod dictum est, ab illa summae veritatis intima luce, cui mens Virginis excellenter inhaeserat, emanavit, aliud quicquam dicere potuit, quae meditando loquuta non est.*

Ultimo excellentiam huius cantici colligere licet ex magno honore, quem Ecclesia catholica romana a Spiritu sancto edocta, ei defert, qui adeo singularis est, ut nullum diem praeterlabi sinat, in quo illud in templis non resonet, et ab omnibus ecclesiasticis in canonicis, et vesperinis horis non recitetur: cuius sane non immemor Beda (*hom. de visit.*) dixit: *Optimus, ac saluberrimus in s. Ecclesia mos inolevit, ut hymnus b. Mariae, quotidie cum psalmodia vespertinae laudis ab omnibus canatur, quatenus ex hoc animos fidelium, et frequentior dominicae incarnationis memoria ad effectum devotionis, et praecipitata sapientis exempla Genitricis illius in virtutum soliditate confirmet.* Quod si canticum, *Benedictus*, quotidie in laudibus recitat Ecclesia catholica, id etiam in laudem Virginis cedit, quae visitationis suae mirabili virtute Zachariae mentem illuminavit, ut propheticum illud vaticinium modularetur.

Ad extremum illud forsitan quispiam circa hoc canticum nosse desiderabit, an soluta oratione, an vero debita carminis mensurae habita ratione b. Virgo illud composuerit. Quidam doctores haesitant, mihi tamen coniunctum magis cum ratione videtur, carmine, et metri rarisica saepe ob subintrantem pulverem rauescunt, aut suavitate amittunt, in Marianum autem organum, nec minimus peccati venialis pulvisculus unquam subintravit, ut sacrum conc. Trid. diffusiuit; unde suavi sua melodia non potuit unquam carere. Quid quod tympanistria nostra canendi artem primas inter omnes tulit; non secus, ac philomela inter omnes aves? unde quae Ovidius de ista egregia carmina cecinit, potiori iure, multoque congruentius in coelestem hanc conveniunt philomelam:

Dulcis amica veni, noctis solatia praestans,
Ta Philomela potes vocum discrimina mille
Mille vales varios rite referre modos.
Nam quamvis aliae volucres modulamina tentent,
Nulla potest modulosa aequivalere tuos.
Iaspuper est avium spatia garrirae diurnis,
Tu cantare simul nocte dieque potes.
Sancta tamen Domino deprecans munera laudis.

HOMILIA X.

Singula haec verba: Magnificat anima mea Dominum, secundum literalem, et mysticum sensum pulchre explicantur.

Cum beata Elisabeth Spiritus sancti aura afflata, et ex eius imperio, ut praecognovit Deipara, multis praeconiis illam cummulasset, beata Virgo pro singulari sua humilitate nihil proprus de auditis laudibus sibi arrogans, in Deum tanquam in honorum omnium auctorem bona omnia sibi ab eo collata retulit, suavi modulans concentu: *Magnificat anima mea Dominum.* Ubi impletam intueor sententiam illam Sapientis ore prolata (*Prov. 27*): *Quomodo probatur in consolatorio argenteum, et in fornace aurum; sic probatur homo in ore laudantis.* Familiare quidem est iis, qui humilitatis virtute praediti sunt, quando laudari se sentiunt, laudem causam subtrahere, aut propriam occultando excellentiam, si possunt, aut in Deum, quae in se sunt laude digna, referendo, si illud primum facere nequeunt. Magna profecto encomia a b. Elisabeth audierat sacra Virgo, quorum causas occultare nec suum erat, nec debebat. Non quidem suum, quia illa Spiritu sancto repleta loquebatur: neque eilla debuit, quia quae ad fidelitatem, et Dei gloriam confirmandam spectant, quando temporis occasio, et personarum ratio postulat, silentio non sunt involvenda, etiam si ad laudem propriam faciunt, dummodo propria gloria non quaeratur. Unde sicut, cum magnorum principum nuptiae celebrantur, varia solent poetica cantica, seu epithalamia intonari, ita in celebratione nuptiarum Verbi divini cum natura humana, de quibus apud Matthaem dicitur, quod aeternus Pater fecit nuptias Filio suo, adfuit divina tympanistria Maria sacrum illud poemata, *Magnificat anima mea*, concinens in laudem divini Sponsi, de quo David (*Psal. 48*): *Tantum sponsus procedens de thalamo suo: quae sane melius, quam David tuum usurpare de se posset illud* (*Psal. 49*): *Inmisit in os meum canticum novum.*